



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo**

**Marculfus <Monachus>**

**Paris, 1635**

X. Epistola, cum in loco filiorum, nepotes instituuntur ab auo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10644**

122 MARCVLFI MONACHI  
tis reuocare dominationem per-  
petualiter possidendum, vel quic-  
quid exinde facere volueritis, libe-  
ram inde habeatis potestatem, abs-  
que alia aliqua intercedente preca-  
ria, sed per hanc obnoxiationem, ac  
si semper per quinquennium reno-  
uata fuisset, perpetim valeat obtine-  
re vigorem, scipulatione subnexa.

X. EPISTOLA CVM IN LOCO  
*filiorum nepotes instituuntur*  
*ab auo.*

**D**Ulcissimis nepotibus meis il-  
lis ille. Dum & peccatis meis  
facientibus genitrix vestra filia mea  
illa quod non optaueram tempore  
naturæ suæ complente ab hac luce  
discessit. Ego vero pensans consan-  
guinitatis casum dum & per legem  
cum cæteris filiis meis auunculis ve-  
stris in alode meo accedere minimè  
potueratis, ideo per hanc epistolam,

vos dulcissimi nepotes mei, volo, ut  
in omni alode mea, post meum di-  
scessum, si mihi superstites fueritis,  
hoc est tam terris, domibus, accol-  
abus, mancipiis, vineis, syluis, cam-  
pis, pratis, pascuis, aquis, aquarum-  
ue decursibus, mobilibus immo-  
bilibus, peculio vtriusque sexus ma-  
iore, vel minore, omnique supelle-  
ctile domus, & quodcumque dici  
potest, quicquid supradicta geni-  
trix vestra, si mihi superstes fuisset,  
de alode mea recipere potuerat, vos  
contra auulos vestros filios meos,  
præfatā portionem recipere facia-  
tis, & dum ipsi filiæ meæ genitrici  
vestræ quando eam nuptam tradidi  
in aliquid de reb. meis, mobilibus,  
drappis, fabricaturis, vel aliqua má-  
cipia in sol. tan. dedi, vobis hoc in  
parte vestra supputare, contrà filiis  
meis faciatis: & si amplius vobis in-  
super de præsidio nostro obuenie-

124 MARCVLF MONACHI  
rit, tunc cum filiis meis auunculis  
vestris, portionem vobis ex hoc de-  
bitam recipiatis, & quicquid exin-  
de de omnibus superius cōscriptis,  
facere volueritis, liberam in omni-  
bus habeatis potestatem. Si quis ve-  
ro quod futurum esse non credi-  
mus, aliquis de heredibus, vel pro  
heredibus meis, vel quālibet per-  
sona, contra hanc Epistolam venire  
tentauerit, aut eam infrangere vo-  
luerit, inferat vobis tan. & quod re-  
petit nullatenus vindicare valeat,  
sed præsens epistola omni tempore  
firma permaneat, cum stipulatione  
subnexa. Actum illo, &c.

XI. CHARTA QVI SVO NE-  
pote aliquid meliorare voluerit.

**D**Vlcissimō nepoti meo illi il-  
le. Dum & iā senectus adgra-  
uat, & necessitates meas, vt oportet  
procurare non valeam, & tu mihi